



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Summa omnium laetitia & panegyris. Cap. XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

*Constantini victoria. CAP. XVII.*

**V**erum ubi aduersarios constanter in instituto per-  
stare, iamq; gladiatorum acie experiri cernebat, egre  
sane & grauiter ferens, sublato clamore, omnes ho-  
stium copias momento teporis pedem referre coegit: si-  
mulq; contra inimicos, & demones reportauit victoriam.

*Licini suorumque mors. CAP. XVIII.*

**D**einde impiu tyrannu vna cum suis, belli iure con-  
demnatu, debito addixit supplicio. Qui vero pra-  
lii contra Deu suscipiendi authores fuissent, pariter  
cum tyranno ad locu supplicii abducti sunt: & ibi meri-  
tas iustasq; persoluentes poenas, misere interierunt. Qui  
quidem sicut ante spe in diis vanis locata insolenter se  
efferebant, sic paulo post Constantini Deum, qualis &  
quam admirabilis esset, re ipsa intellexerunt: & hunc iam  
verum & solum deum se agnoscere confessi sunt.

*Summa omnium letitia & panegyris.*

*CAP. XIX.*

**P**orro impiis hominibus e medio sublatis, & potesta-  
te tyrannica deleta, mundus de reliquo velut solis  
claritate collustratus fuit: vniuersaeque orbis terrae  
partes, quae Romanoru parebant ditioni, in vnum co-  
luerunt: quinetiam dum gentes, quae oriente occupabant,  
alteri parti adicerentur, & vno generali principatu, tan-  
quam capite quodam, totum corpus adornaretur, vnus  
imperii potestas per omnes peruasit. Illustres praeterea  
lucis ex pietate nascentis splendores hiis, qui antea in  
tenebris & mortis umbra confedissent, laetos & serenos  
dies impertierunt. Neque erat vlla amplius praeteritoru  
maloru recordatio: Quippe omnes vbiq; victore hymnis  
celebrabant, huiusque conseruatorem, solum deum se  
agnoscere fatebantur. Iste imperator vniuerso pieta-  
tis genere eximius & victor egregius, (hanc enim ap-  
pellationem, cognominis loco, victoriae sibi a Deo con-  
tra hostes & inimicos donatae maxime proprie conue-  
nientem inuenit) orientem recuperauit: & vnum con-  
iunctum coherentemque principatum, more veteri

## EVSEBII DE VITA

Romanorum, sibi ipsi subiicit: ut non modo Deum omnibus, qui in imperii sui finibus continebantur palam prædicare cepit, verum etiam, vniuersum mundum gubernaculis singularis potestatis, quæ Romanorum dittonis erat propria, præclare admodum administravit. Malorum porro quæ antea cunctos mortales oppræsserant, metus sublatus fuit, & qui antè fracto animo & demisso fuerunt, hilari vultu, obtutuque læto alter alterum aspererunt. Tum choreis & hymnis primum Deum summum omnium regem esse prædicarunt: Deinde victorem Constantinum, eiusque filios modestissimos, deoque charos Cæsares, acclamationibus continuis extulerunt. Erat iam veterum malorum & impietatis cuiusque obliuio: iam suavis præsentium bonorum usus & oblectatio: iam iucunda expectatio futurorum.

*Quomodo pro confessoribus Constantinus leges sanxerit.*

CAP. XX.

**I**Am apud nos, sicut etiam pridem apud eos, qui alteram orbis partem obtinent, imperatoris decreta, plena humanitatis diuulgata: iam leges, quæ & claram sanctionem erga Deum significationem dare, & non obscura bonorum cuiusque generis indicia, cuiusque oculis subiicere videbantur: neque solum provincialibus, cuiusque nationis ea, quæ erant ad vitam accommodata utiliaque, largitæ sunt, sed etiam dei ecclesiis, quæ conuenientia putabantur, rite præscripserunt. Nam primum omnium, illos qui à præfectis cuiusque provincie, propterea quod idolis immolare recusauerant, è patriæ finibus pulsati, inque exilium eiectioni fuissent domum reuocarunt: Deinde eos, qui curiis eandem ob causam essent adiudicati ministeriis liberarunt: præceperuntque ut qui fuissent facultatibus dispoliati, eas denuo reciperent. Quinetiam qui tempore persecutionis animi tolerantia in tormentis pro deo perferendis nobilitati, aut metallis excrucianti addicti, aut ad insulas incolendas condænati, aut ad publica opera obeunda vi compulsi fuissent, per easdem leges istis omnibus miseris ex insperato fuere liberati.